

Tercia

¶ Sed specialia que pertinent ad suos epat^o sicut archiep^o i sua diocesi sine pallo episco poz ¶ Ita et ipsi licite possunt facere in suis episcopatibus singuli sine cōsensu metropolitani. distinctione decimo octavo. capitulo. pp ter. nona questione tercia capitulo secundo. archiepiscopus. s. si nullus. ¶ Sunt autem ista cōsecrare virgines et ecclesias. ordinare clericos. altaria erigere in ecclesia consecrata tamen secundum glosam hic antequam consecracō fiat potest sacerdos quot voluerit altaria erigere ¶ Item signare baptisatos in fronte cum crismate. conficere crisma. reconciliare sollempniter penitens litteras dimissorias dare. hec ponuntur septuagesimo octava. di. c. quauis. ¶ Item de psecratione distinctione prima. nullus prespiter. de consecratione distinctione quinta non oportet. septuagesima prima distinctione capitulo extraneo. ¶ Item inter subditos iudicare nona questione secunda. capitulo per singulas. undecima questione prima de persona. ¶ Item anathematizare cum sollempnitate undecima questione tercia capitulo debet. quia debent assistere duo decim sacerdotes cū cādelis accessis ut ibidē dicitur ¶ Itē dividē vnā ecclesiam in duas. duas vire vnā subicē alij. et nouas ecclesias erigē ex causa tñ potest hoc facere nō aliter idest sine causa et nichilominus requisito illorum consensu quorum inter est. scilicet quorum ius ledi in hoc potest et si forte non obtento quesito extra de excessib^o prelatorū sicut extra de eccle. edi. ad audiāz. duodecima questione secunda placuit. ¶ Item episcopale sino duz celebrare tricesimo octava distinctione ¶ Itē reuertentes ab heresi reconciliare extra de hereticis ad abolendam intelligit glosa. quinto. ad appbensos in heresi quia occisos hereticos secundum aliquos simplex sacerdos absolui potest nisi episcopus loci retinuerit sibi talium absolutiones. ¶ Item canonē lare sententiē condere quo ad suos subditos tercia

¶ Pars

questione quarta nullus. multa etiam alia q̄ difficile esset enumerare cum ipse preordinator sit in cunctis sibi cōmissis vicelima quinta distinctione plectis ¶ Secundo ex quo patet primo q̄ sacerdos parochialis vel alius inferior episcopo in multis nō debet se casibus subditorum intrromittere. aut absoluendo. aut penitentiam iniungendo. sed tenet aliquos ad episcopum remittere pariter libero tercio. tricesimo quarto distinctione quinquagesima. s. decimo octavo. nūquit. unde secundum cum sunt quinqz casus in quibus debet remittere. primus de hīs quibus est sollempnis penitentia imponenda. Unde notat idem q̄ penitentię species tres sunt ¶ Nam aliqua est sollempnis publica. alia priuata. Sollempnis est que fit in capite quadragesime cum sollempnitate que habetur distinctione quinquagesima capitulo in capite. dicitur etiam sollempnis licet nō iā proprie quando aliquis in vitas ad penitentiam agendam mittitur ad monasteriū distinctione quinquagesima si ille. hec scilicet sollempnis penitentiā imponi debet ab episcopo tātum v^l de mandato eius a sacerdote et debet imponi pro crimine publico et vulgatifimo quod totam commouerit urbem vicelima sexta questione vltia. ¶ Nec debet illa penitentia imponi clerico nisi deposito quia qui semel egit eam. nō debet postea promoueri nec transire in ordine suscepto. distinctione quinquagesima ¶ Constat mandū ista penitentiā sollempnis tā femis qm viris iniungitur ¶ Tricesimo. questione secunda. de hīs. vbi in fine et in glosa ibidem. ¶ Itē secundū hugonē aliquis potest cogi ad sustinēdā sollempnem penitentiam si sponte nō velit subire dūmodo tamen crimen sit magnum et publica. et moneat scandalum. ¶ Item dicit idem q̄ pro occulto crimine imponi potest si penitens voluerit alias nō. de ar. con. distinctione tercie